



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Excellent[issi]mo D. D. Carolo Baroni De Batibile, Comiti De Corbiers,
Marchioni de Husia, Regis Catholici à Consiliis in Supremo de Gverra,
Flandriæ & Burgundiæ statu, Guipuzcoanæ Prouinciæ Generali ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)



EXCELLENT^{MO} D.D. CAROLO
BARONI DE BATIBILE,
 COMITI DE CORBIERS,
Marchioni de Husia, Regis Catholici à Consi-
lis in Supremo de GVERRA, Flandriæ
& Burgundiæ statu, Guipuzcoanæ Prouinciæ
Generali Duci, Hispanus apud Angliam pacis
ac belli curator.

HAVD tempus, PRINCEPS EXCELLEN-
 TISSIME, in longa atauorum tuorum se-
 rie recensenda, stemmatibusque ostentandis inu-
 tiliter teram, sciens, ex tua magnitudine, &
 ã 2 decore

CORBAR

de Mor.

XXIV. II.

IV

6

decore non solum Tibi abundare gloriam, sed
ad posteritatis incrementum, & ornatum no-
bilitatem exundare, cuius clarissimæ prosapiæ
hæreditarium decus progenitoribus tuis ita per-
soluis, vicemque generosè rependis, vt non mi-
nus illis de postero, quàm tibi de parentibus li-
ceat gloriari. Vt enim cecinit Græcus Periander,
*suprema nobilitas est, cum tanta in viro fortitudo,
tanta sapientia, virtus tanta nitet, vt ad eius enco-
mia nihil nobilitas addere videatur.* Tanta forti-
tudine Te præditum video, tam sapientem Te an-
noto, adeo virtutibus fulgentem Te contem-
plor: vt Tuæ egregiæ nobilitatis mihi iubar ob-
nubiletur.

Attamen tuum illustrissimum auitum stem-
ma video esse tuæ fortitudinis, sapientiæ, ac virtu-
tis hieroglyphicum. In his enim clarissimis stem-
matibus tres volitantes *Alas* Aspicio. Quas qui-
dem non aquilæ volucrum Reginae esse vo-
luerim, sed *Cherubini*, qui perspicuum est triplicis
præfati elogij documentum. Theodoretus enim
quæst. 40. in Gen. asserit, nomen *Cherub* semper
potentiam significare, nam *Che* idem est Hebræis,
quod *Quasi*, & *Rub* fortem significat, *Quasi for-
tis*, Ideo Cherubino flammea armato machæra
paradisi custodia traditur.

Stemmatibus
ALA
prima.

Te profectò, PRINCEPS EXCELLENTISSIME,
Cherubinum merito vocitarim, cuius fortitudo
terra marique hostium fuit horror. Te Hispania,
Te

Te Italia, Te cuncta orbis Regna Martem fortissimum agnoscunt. O quantam in acie admirationem comparasti, nihil à cæteris militibus, ni-
si robore ac præstantia differens! cum eminus libero Marte tela vibrares, nunc vibrata suspiceres, alacer virtute militum, & latus, quoties aut cassi-
di tuæ, aut clypeo grauior ictus incideret. Laudabas quippe ipse ferientes, hortabarisque, ut au-
derent; sed, non audebant, cum spectator, mode-
ratorque ineuntium certamina virorum arma componeres, tela tentares, & ad robur ostenden-
dum vehementer vrgeres. Hæc fortitudo Te ad præclara bellica munia omnium præconio eue-
xit. Ait Nazianzenus Posthumio fortissimo Duci, & Tibi vniuersus orbis: *In sublime euectus es haud ita mediocri Principatus gloria, nam acceptos à Te Principatus sublimes reddidisti. Non est hoc fortunæ munus, sed hanc potestatem tanquam fortitudinis premium adeptus es: ut & ipsa reddere-
tur gloriosior, & Rex propter iudicij sui de te senten-
tiam, laudem acquireret.*

Philo verò lib. 3. de vita Mosis affirmat, nomen Cherub scientiæ plenitudinem in se includere. A L A
secunda.
Vnde Propheta Ezechiel cap. 28. v. 17. alloquens Regem Tyri, eumque Cherub appellans, fatur: *Perdidisti sapientiam tuam.* Fuisti profectò ô PRINCEPS, regali-
um negotiorum lex præfulgens, munia tibi credita eximia prudentia tra-
ctasti: & nifus es tuis consiliis tempora facere, quæ
â 2 meritò

meritò laudarentur in Principe. Testor regias
CHRISTIANISSIMI REGIS POTENTISSIMI
cum SERENISSIMA THERESIA AVSTRIACA
nuptias, & initam inter Hispaniæ, ac Galliæ Re-
ges optatissimam pacem. Quid tunc non gef-
feris, quod tuum perspicax ingenium, tuam
sublimem prudentiam, non ostentaret? Mitto
circa humaniores litteras eruditionem, cognitio-
nem linguarum, quarum Tu intelligentiæ, & lo-
quelæ non quasi aduena, sed indigena.

ALA
tertia.

Profectò in Vaticanis Bibliis *Cherub Quasi*
Magister appellatur. Ideo Anonymus apud sa-
pientissimum nostrum Alcasar ad cap. 4. Apoc.
annotat in Mosis Cherubinis figurari eos, qui
à Deo edocti, eumque amantes, alios virtutum
exercitamenta docent. Te quidem hoc ex capi-
te, præcipuo plane, esse quis non videat egre-
gium virtutum, quæ virum sæcularem exornant,
magisterium? Te humanissimum cuncti Hispani
proclamant. Suauissimum Itali viderunt, cum
Neapolitanorum animos non ferro, sed pruden-
tissima suauitate deuinxisti, diuinam fortitudi-
nem æmulatus. Religiosissimum Te efferunt
Templa, Religionumque Conuentus. Munifi-
centissimum quilibet indigentes experiuntur.
Morum compositione egregium omnes Te
profitentur: quem nec aurum cæcat, nec alea
maculat, nec voluptas infamat. Possem simul
omnia merita virtutum, & cognonima attexere:
&

& quidem vt Aufonius suo Gratiano ait, *Tanquam qui terrarum orbem cuius tabulae ambitu circumscribunt, aliquanto detrimento magnitudinis, nullo dispendio veritatis.* Parco tamen tuarum virtutum magnitudini, ne illarum fulgentissimo iubare patiantur meae de virtutibus Theologicis lucubrationes, quod stellae sub solis luce patiuntur. Recedunt igitur à luce tanta, & ad umbram Tuæ protectionis se recipiunt, vt sub nominis Tui Cherubici potentia defendantur: sub sapientia corrigant errores: sub virtutum magisterio ediscant saltem prudentiam, vt sciant inter oblatrantium voces filere, si aliquis extiterit adeo ferox, vt audeat eas sub tanti Mecænatís protectione ferire.

SVVS SERVVS SVAMILLIVM

ANT. DE ESCOBAR ET MENDOZA.

Facultas